



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Malchus Conf. 21. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

21.Octob. VITÆ S A N C T O R V M . 513
temptum edocuit. Asellum suum (ita corpus ta-
miliari convitio appellatbat) calcitrantem non
hordeo (ut ipse dicere solebat) sed paleis sustenta-
bat, hoc est, fame, siti, labore edomabat. Latrones
vim meditantes inferre viro, cælum errore viarum
abductos totâ nocte delusit. Ipse quoque dæmo-
num ludibria non semel impunè risit ; quin Plu-
tonem quandoque cum curru suo per terræ hia-
tum ad inferos redire compulit , irridésum etiam
suis tunc puto, utpote sine Proserpinâ, quam spe-
ra verat, reducem. Jam sæpius ex humano domi-
cilio eumdem proscriptis, non ita tamen, quin vir-
ginem gravibus verbis castigaret obsidione jam
liberam, quòd pro pudore non excubans aditum
dæmoni Amori fecisset. Porrò terram triennio si-
tientem pluviam beatâ recreavit. Cruce serpentum
morsus exarmavit. Draconem coëgit structum
rogum concendere , & suâpte sponte victimam
igni se dare. Talis tamen ac tantus mori timuit, &
moriturus animam suam ita alloqui est auditus,
Quid egredi anima, quid times? septuaginta ipsos annos.
Christo meres, & mori times? Audi hæc orbis : Hi-
lariones timent mori. Nos, ah ! quali morbo ? ri-
su emorimur. Ex D . Hieron.

*Va hominibus injustis, va impudentibus, va deliciis
& voluptates secentibus, va superbis. In ipso enim
mortis articulo & angustiis inferni suo periculo di-
scit Dei timore nihil esse præstantius. S. Ephrem de
Vita spirituali.*

S. MALCHUS CONF. 21.Octobris.

Non latuit MALCHVM thesaurum esse virgi-
nitatem, tot prædonibus quot oculis exposi-
tum. Quare ut in tuto hunc collocaret, secum in
silvas.

silvas exportavit. Sed, cheu ! non sola in silvis Diana, etiam Venus venatur. Et vide sis tectissima hujus retia. Emoritur MALCHI pater, & ficta pietas orbam solari matrem suadet. Clamat vitæ sanctioris Doctor, impietatem esse ipsissimam, alienam mortem suâ delugere, & ut funus comitaretur, funus velle fieri. Si mundo mortuus esset, quid illi cum vivâ matre ? si DEO viveret, quid cum mortuo patre foret ? Sed surdo fabulam. Abiit è latibulis suis virginitas, peritura, nisi in latrones incidisset. Hi in servitutem abducunt, &, ne fugere possit, molestissimâ compede, uxore onerant. Conclamabunt hic alii. Sed noverint sic vexatam revixisse virtutem. Secura etiam in thalamo jacuit, & per conjugii larvam diu Venerem risit illibata virginitas. Quod tamen rectius fugiendo quam pugnando pugnat pudor, fugere ultimò pudici conjuges. Et jam per undas enataverat castitas, cum jugulo herus, & cum hoc servulus, uterque camelio vestitus habebit. Defendit tamen antrum trepidos, & antrum suum leæna, utroque hoste lacerato. sed & domicilium fortioribus habet cedens, aliò cum catulis emigravit. At MALCHVS non jam leones, sed nuptam suam fugiens, hanc inter virgines depositus, ipse monachum rursus induit, mortuusque meruit, ut tumulo ejus rarum miraculum (VIRGO CONIVNX) inscriberetur. Ex D Hieron.

Nunc dum tibi mundus arridet, dum carnis sanitas feruet, dum prosperitas terrena demulcet, quæ post illa sequantur, cogita : & quemque transitoria sunt, alio consilio jam transuisse decerne, & velut ludificatoria illusionis somnium deputa. S. Pet. Dam. l. 8. ep. 8.

S. UR-